

## **Eminentissimi Ac Reverendissimi Domini, D. Joannis Baptistæ, Cardinalis De Luca, Theatrum Veritatis Et Justitiae, Sive Decisivi Discursus**

Ad Veritatem Editi In Forensibus Controversiis, Canonicis & Civilibus, in  
quibus in Urbe Advocatus, pro una partium scripsit, vel Consultus  
respondit ; Cum Indicibus Argumentorum, Causarum ac Rerum  
luculentissimis. Opus Tam Judicibus, Quam Causarum Patronis, atque  
omnibus in utroque Foro ...

De Fideicommissis, Primogenitvris, Et Majoratibvs

**Luca, Giovanni Battista de**

**Coloniae Agrippinae, 1690**

Disc. CLXIV. Firmana fideicommissi de Natinguerris. De alienatione  
bonorum fideicommissi, quando dicatur valida & effectum fortitura, vvel  
potiùs surreptitia, seu malè executa. Et de concursu ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74060](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-74060)

um, vel econtra, debuerunt illa suppeditari ex fructibus, non autem pro eis distraui sors nisi in totale subsidium, ac ubi alias consuli non potest; Et generaliter quod legatum, seu debitum alimentorum praestandum sit ex fructibus, non autem ex forte principali *Buratt. dec. 73* ubi concordantes.

Quoverò ad aliam debiti causam pro lictum expensis, Quamvis more Advocati deducerem *Molina* aliorumque plurim opinionem, de qua *Giurb. dec. 108*, & *Salgad. in laberyn. dar. 3, cap. 9. num. 19* ut gravato jus non competit detrahendi has impensas, vel alias meliorationes, cum fructibus compensandas; Restat tamen sciens contrariam opinionem esse probabiliorem, atque in Curia præterim receptam, ut expensæ, quoties habita proportione patrimonii & reddituum, dici non possunt modice sed notables, gravato sint reficienda ex deducitis per *Peregr. art. 35. n. 10. Fus. qu. 665. late Rot. apud Buratt. dec. 509. ubi add. & frequenter, cum sit principium receptum.*

Dicebam tamen quæstionem cessare ex facto, cum id restet procedat in litibus concernentibus ipsius fideicommissi perpetuam utilitatem, quia nempe tractetur de recuperandis bonis à gravato distractis, seu alias per tertios occupatis; Vel quia esset lis super substantia seu existentia fideicommissi, cuius expirationem gravatus prætenderet, ita ut intrarent termini de in rem verso, seu negotiorum gestorum &c. cum similibus.

Id autem in presenti dici non poterat, quoniam lis fuerat inter duos cappellanos contendentes de administratione hæreditatis Statili favore cappellæ disponentis, cum præsupposito expirationis fideicommissi, cuius prouindè destructionem potius quam conservacionem dicta lis præsupponebat. Et nihilominus etiam si præsupposita fideicommissi existentia lis fuisset inter insimul contendentes de pertinencia, non per hoc tamen expensarum refectio intrat, quia non fideicommissi sed proprium negotiorum gestisse dicuntur *Greg & Adden dec. 263*, *Duran. dec. 27. in fine*, & est distincio per omnes recepta; Et iuxta præmissa cum justitia fundamento resolutum fuit sub die 28 Iunii 1653 coram Albergato, ut liquet ex decisione qua per Honoratum eius diligentia & sumptu obtenta per dictarum mulierum descendentes contrà eumdem obtinenter retorta causa, sicut etiam aliæ literæ, qua etiam sopita, reassumpta fuit coram eodem Albergato per dictos fideicommissarios huius causa prosecutio pro immissione ad dictam domum obtinenda, sed quia ego ad Honorati instantiam scriperam, ideoque contrà eum patrocinium prosequi non poteram, neque congruum erat pro eadem seu eius successoribus scribere contrà resolutionem me scribente obtentam, Hinc prouindè abstineat à scribendo amplius in causa, emanarunt tamen decisiones fideicommissarii favorabiles sub diebus 25. Iunii 1663, & 11. Ianuarii & 2. Maii 1664. coram eodem Albergato, in quibus tamen de his punctis non disputatur, sed solum de illo competentia vel incompetencia immissionis sed possessori adipiscenda non competencie ei, qui semel possebat. Et causa adhuc pendet, me tamen non bene conscientie eius status ex dicta ratione.

## FIRMANA FIDEICOMMISSI DE NATINGUERRIS

PRO

ALEXANDRO &amp; aliis DE CICO

CVM

STEPHANO ET ALII DE NAC  
GUERRIS.*Discursus pro veritate.*

De alienatione bonorum fiduciis pro dissolvendo ære alienatoris, quando dicatur bene male facta.

## SUMMARIUM.

- 1 *C*asus controversia, & de invaliditate rei fideicommissaria majoris valori pri debito.
- 2 Declaratur.
- 3 Altera declaratio.
- 4 Quando pro modico creditores majori valori possit.
- 5 Quando etiam prædicta rustica dicatur nullius.
- 6 De ratione ob quam casalia Ecclesiastica possint ad novennium.

## DISC. CLXIV.

**S**uper puncto principali istius fideicommissum in Rota disputati, pro neutrâ prescribam; Qui verò eo canonizato Nati guerræ actores & fideicommissarii, immixtis decerni obtinuerant præterim ad quoddam numerum possellum per Cicilinos, non obstante dissolvendo ære alieno testatoris alianco factum sub eo prætextu quod pro exiguo debito sanguini valoris alienari non poterat abique fraudis collusionis suspicione, dum ex alienatione minoris valoris consuli poterat, sive alii bona carentibus vendi poterat eiusdem prædicti pars non proportionata, cum tanta sit utilitas partis unapartem ac totius quod totum ex deducitis per qu. 5. 41. num. 13, & alios de quibus in hujus Casationibus 15. Martii 1663. & 7 Februario 1663.

In hoc statu per Cicilinos consultus de punctis decisionum subsistencia ad effectum expediriandi an expedire causam prosequi, Refutatio dubitare de resolutionibus, non ex conditionibus juris. sed ex defectu eorum applicatione factum cuius circumstancia erant diversæ ab eis decisiones præsupponunt; Facti enim fuisse quod instantे creditore hæreditatio judicialiter subhaftatum fuerat predium contraria perfectaque jam deliberatione ultimo licet hic ut rem gratam faceret hæreditato gravato, quia

suis diligentius reperierat istos emperores magis pre-  
mium in tercia parte pluris offerentes, retrocessit;  
Ex hoc enim cessabant omnes juris propositiones  
super hujusmodi alienationum invaliditate circum-  
ferri solite, cum originaliter alienatio non fuisse  
voluntaria, & de jure prohibita, sed judiciali au-  
toritate, & ad instantiam creditoris defuncti,  
qui obligari non poterat ab eisdem debitoris te-  
stamento, vel alia dispositione ut certam legem  
in sui crediti recuperatione servare teneretur, at-  
que unam rem potius quam alteram executi & sub-  
hastari facere ad nos. *in l. creditoris arbitrio ss. de di-*  
*fractione pignorum, & aliis relatis plena Rot. apud Ot-*  
*thob. dec. 206. ubi concord.* Unde cum per dictum  
actum judicialem jam bona exsuffient à fideicom-  
missio, hinc proinde in nihilo huic præjudicatum  
fit per secundum actum optima fide, ac ad majo-  
rem hereditatis utilitatem gestum.

Conclusiones autem decisionis procedere dice-  
bam in alienationibus voluntatis, in quibus non  
servata ordine per legem præscripto, non alien-  
andi scilicet pretiosum, cum adsumt inferiora & magis  
adaptata, semper saltu ex parte ipsius gravata  
quamvis non ex parte emptoris dicitur adesse cul-  
pa, ut supra *decis. 160. & 161. & in aliis.*

Clariss. q. si supponeretur non adesse in her-  
editate bona minoris valoris, quo casu licitum est  
illa majoris alienare quoties commodam divisio-  
nem non patiuntur, remanente ad fideicommissi  
favorum actione ad residuum pretii, ut in his ter-  
renis alienationis bonorum a fideicommissi Pereg-  
art. 42. num. 67. Fas. 9. 131. num. 173. Giurb. obser.  
89. num. 20. infine, Rota dec. 771. num. 1. par. 1. divers.  
Et quamvis in decisionibus ponderetur, quod cum  
non ageretur de praediis urbanis, non de facilis com-  
modam divisionem recipientibus, scilicet de rusticis  
cultis eamdem individuam qualitatem ut pluri-  
mum habentibus, sed de nudo terreno campestri ad  
pacuam vel segates destinato, quod commodam di-  
visionem patitur, cum tanta sit utilitas totius quoad  
totum ac partis quoad partem.

Ponderabam tamen id in praesenti non obstare  
ex duplice circumstantia; Primo nemp̄, ut id pro-  
cedat in alienationibus voluntatis, que ex causa  
necessaria per gravatum fierent non nisi ad limites  
necessaria de jure permisæ, scilicet autem in iis, que  
judicili auctoritate sunt ad instantiam creditoris  
defuncti, qui his præcisissimis legibus non ligatur, sed  
ei suffici exequationem non esse excessivam in cre-  
dito, quod scilicet exequi & subhastari non faciat  
pro majori credito quam consequi debeat, cum de  
reliquo indagare non teneatur. An bona sint ma-  
joris valoris necnē, quoties excessus pretii sincerè  
dimittitur penes judicem, seu de ipsis mandato  
deponitur ad communum debitoris ex deductis  
per Baratt. & Adden. dec. 49. in Arimin. manutent.  
5. Iunii 1648. Ghislerio, & 10. Iunii 1652. Albergati,  
que sunt apud Posth. de subhast. in addit. dec. 222. &  
249 & in aliis.

Quamvis enim non denegetur judicis arbitrium  
moderandi efficiatam creditoris facultatem resul-  
tantem ex d. l. creditoris arbitrio. Et non permitte-  
diut pro exiguo credito res magni valoris distra-  
hatur ut d. disc. 161. Attamen id procedit, quatenus  
vel parte percente, vel etiam ex officio ita per judi-  
cium decernatur, sed si non fiat, non inde sequitur  
invaliditas actus.

Altera vero erat facti circumstantia notabilis,  
quod quamvis praedium constitueretur ex terris  
nudis inculsis ut supra, in quibus regulariter veri-  
Cardin. Luca de Fideicom.

ficari solet decisionum proppositio super dividui-  
tate, quodque tanta sit utilitas totius quoad totum  
ac partis quoad partem, nihilominus id recte pro-  
cedere dicebam, quoties totum terrenum est æqua-  
le ac uniformis qualitatis, scilicet autem ibi, ut in §  
præfena, esset inæquale ac dissimile, in una parte  
scilicet magis fertile, & in altera magis sterile, cum  
tunc hujusmodi divitio non recte cadat; Fuitas  
enim esset alienare partes fertiles, ut steriles tan-  
tum retinerentur, & econverso sterilium empor  
non inveniretur, sed bonitas unius partis influat in  
non premium alterius deteriorioris.

Et ex qua ratione inæqualitas terre ni scilicet par-  
tiam unius ejusdemque casalis, vel tenuta resultat  
fructum singulis annis non percipi uniformem, sed  
omnium fructuum adæquationem resultare ex inte-  
gro triennio, unde propterea inolevit consuetudo  
quod triennium pro uno anno in hujusmodi  
casalibus reputatur, ac licet absque contraventio-  
ne extravag. ambit. illa ad novennium locatur, ut  
in Tiburtina affl. 19. Iunii 1648. Corrado, decif.  
219. par. 10. rec. & habeatur deductum sub tit. de lo-  
catione: Incertum est quid exinde sequuntur fit, pro-  
tamen actores majori recuperationi incumbentes  
super hoc prædio, quod erat de minoribus  
concordasse, dum non audiri amplius actum de  
causa.

## REATINA BONORVM DE CANALIS

P R O

PETRO CLARELLO

C V M

### FILIIS MARCHIONIS CANALII.

Responsum pro veritate.

De facultate alienandi bona fideicom-  
missaria cum derogatione fideicom-  
missi, quando dicatur valida & ef-  
fectum fortitura, vel potius surre-  
pititia, seu male executu. Et de con-  
cursu creditorum gravati ad hujus-  
modi bona fideicommissaria in vim  
talis facultatis distracta.

S V M M A R I V M.

1. *F*acti series.

2. *Q*uomodo cognoscatur, an gratia super  
derogatione fideicommissi sit subreptitia vel obrep-  
titia.

3. *D*atur distinctio, quando verborum vel clausularum  
ampliudo in hac materia operetur.

4. *Q*ue sint circumstantia omnino exprimenda.

5. *D*e quarum conditionum vel onerum implemento em-  
pior cum derogatione teneatur esse sollicitus.

6. *I*n bonis fideicommissariis distractis in vim derogatio-  
nis

K k